


ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM S. FRANCISCI PROVINCIAE LITVANIAE.

LX parte Patris Fratris MICHAELIS PASZKIEWICZ Ministri Provincialis Provinciae Magni Ducatus Litvaniae Ordinis Minorum de Observantia expositum fuit, quòd in Ecclesiis sui Ordinis praefatae Provinciae reperiantur Confraternitates sub titulo S. ANNÆ, ibique singulis Annis die 26. Julii ipsius Festum cum magno Populi concursu, ac solemnitate celebretur: Propterea pro elevatione Festi dictae Sanctae à Ritu duplici majori ad Riturum duplicem secundae Classis sine Octava Sacrae Rituum Congregationi humillimè supplicatum fuit; & Sacra eadem Congregat: ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi Dni Cardinalis Burghefii, ex circumstantiis in supplici libello expressis, gratiam juxta petita benignè indulgit, atque concessit. Hac die 3. Septembris, 1746.

Card. de Marinis Praef.



T. Patriarcha Hierosolym. Secret.

Annò 1746. Die 22. Mensis 9bris, Praesens Sacrae Rituum Congregationis Decretum coram Nobis MICHAELE JOANNE ZIENKOWICZ Episcopo Vilnensi productum, vidimus, legimus, & cum ea, quâ par est, reverentiâ suscipientes, usum Gratiarum eodem Decreto concessarum, Auctoritate nostra Ordinaria concessimus. In cujus fidem Dat. Vilnae ut supra.

MICHAEL Episcopus *mpp.*